



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis Expositio

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

An pro hoc Cambio liceat lucrari? §. 1.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

quibusdam Nundinis, nam propterea vocatur Cambium ad Nundinas. Vocatur item aliquando Cambium cum Recursa, & Cambium cum Recambio, id, quod paulo post explicabitur latius.

44. Hinc, ne in vocibus hæreas, nota ex Lupo a illum, a quo peritur Cambium, appellari Campforem, Nummularium, Argentarium, & Mensarium, Bancarium, Trapezitam, & Collybistam (Collybus enim significat proprie illud Derrimentum, quod Nummularius patitur expermutatione pecuniæ; ob quod meretur compensationem.) Dicitur etiam Collectarius a colligendis nummis, ut apparet in lege *Quiquam §. Si certum petatur.* Qui Cambium petis, accipitque pecuniam, & sic lucrum alteri ex Cambio accepto dat, dicitur Campfarius, sumpto modo loquendi ab aliis similibus, in quibus, qui v. gr. donum accipit, dicitur Donatarius, qui mutuum, Mutuatarius. Iam vero per singula tria cambia, quæ n. 2. distinximus, discurremus.

CAPUT III. De Cambio Minuto,

§. I.

An pro hoc Cambio liceat lucrari?

1. **P**ro Cambio minuto licet posse moderatum pretium acquiri a publico Nummulario, jam certa, & communis est nunc opinio. Ratio est in promptu, quia in illo iusti ad sunt tituli, unde quis exigere possit ejusmodi lucrum, nam (ut fuse habet Delugo, e & ut iterum, immo sæpius erit mox in similibus a nobis repetendum) ii, qui cambiunt, seu, qui cambiis dandis operam navant, coguntur facere expensas, pericula subeunt, laborantque in conquærendis, asportandis, congerendis, custodiendis pecuniis varii generis: tenentur etiam numerare, immo, & dictas pecunias permutare, quando sunt Ministri publici ad hoc deputati, alia ite mercimonia deserunt, officinam conducunt, Reipublicæ serviunt, in loca alia aliquando pecuniam non asportant, ubi fortasse plus valeret, & cæc. Ex quibus omnibus, vel singulis sit, ut ii, ex officio ipso cambiendi, aliquid moderatum lucrum recipere, æquum sit.

2. Moderatum autem erit id, quod si vè usur in eo loco receptum est (sine fallacia tamen, & sine vi) si vè a Principe est constitutum; Si vè (si nec usus, nec Principis ad sit taxa) id, quod a prudenti viro, consideratis omnibus prædictis circumstantiis, præsertim multitudine, vel paucitate petentium, vel donantium ad Cambia, judicatum d fuerit.

§. II.

Prima Difficultas.

An privatis lucrari ex Cambio minuto liceat?

1. **D**ico, licere, e non solum Ministris e Lesius l. publicis, ut modò vidimus, verum et e. dub. 2. jam hominibus privatis aliquid moderatum, & exiguum lucrari, multo magis, quando in permutatione se aliquo commodo quis, vel emolumento privat. Quare, si tibi dem pecuniam pretiosam, pulchram, splendidam, magnam, antiquam, raram, tradasque tu minutam, detonsam, deformem, æream, postulum aliquod moderatum recipere. Sicut, si ibi dem auream pecuniam aptam ad deaurandam Calicem, tu vero des mihi auream, sed non ita aptam, possum f aliquid lucri habere, f Silv. v. quia illa aptitudo est pretio æstimabilis. Moderatum autem dico illud, quod, vel Judicio prudentis, vel usu ipso, vel aliqua lege constitutum sit.

2. Quid, si prohibitum alicubi sit, ne privati hæc minuta Cambia exerceant?

Respondeo. Licet aliqui doceant, tunc eos peccare mortaliter, si lucrum accipiant, & ad restitutionem teneri; tamen probabilius est, nec teneri ad restitutionem, nec peccare mortaliter; Non tenetur ad restitutionem, nam, ut docet Molina g non potest g Mol. d. assignari eivnam restituere teneatur; non 399. Les- enim tenentur restituere illis, cum quibus fins l. c. permutant, quia non plus ab eis receperunt, nu. 17. quam omnibus expensis, valeat pecunia, ut supponimus, nec Reipublicæ, nec alteri, quia hæc, vel alter nullum damnum passi sunt; ergo cum aliud assignari nequeat, nulli restituendum est. Nec peccant mortaliter, ut habet idem Molina loc. cit. quia, si damnum alteri nõ faciunt, unde nam (propter aliquam venialem inobedientiam) habetur peccatum mortale?

3. Ex

d Tol. l. 4.

e. 51. v.

Tertio, ut

fit Rodr.

in summa

2. p. c. 105.

nu. 2.

Mol. d. de collat. Namij- matum 17. n. 4. Les. l. 2. c. 399. Mol. d. de Delugo d. 2. n. de 17. n. 8.

Mol. d. 399. Les- fins l. c. nu. 17.